

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Widmung

urn:nbn:de:bsz:31-102400



SE RENISSIMO ATQVE
CELSISSIMO PRINCIPI AC
DOMINO,

DN. FRIDERICO
VVILHELMO,
SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ
AC MONTIUM DUCI, LAND-
GRAFIO THURINGIÆ, MARCHIONI
MISNIÆ, COMITI DE MARCA ET
RAVENSBURG, DYNASTÆ
IN RAVENSTEIN,
&c.

PRINCIPI AC DOMINO
NOSTRO CLEMENTIS-
SIMO.

a 2

SE-

EPISTOLA
SERENISSIME PRINCEPS
AC DOMINE, DOMINE CLE-
MENTISSIMÆ,

SERENISSIMAE CELSITU-
DINI VESTRAE quem of-
ferre humilimè. Librum
constituerat beatus no-
ster respectivè Maritus
ac Prens , Daniel Stalius , Logicæ
ac Metaphysicæ in Universitate hac
quondam Professor Publicus ; eum
nos nunc offerimus. Non quidem
talem, qualem ipse meditabatur; sed
qualem jam dudum conscriptum in
suppellectili ejus libraria invenimus.
Cum enim de istis sit Regulis, quæ oc-
currunt, quoties instituuntur in Scho-
lis Disputationes, & quas proinde sci-
ant oportet, quicumque ad altiora
(ut vulgò vocare solent) aspirant:
ut horum studia hæc, & simul totum
bo-

DEDICATORIA.

bonum publicum melius juvaret jam
 modò dictus beatus noster Maritus
 ac Parens , animò gerebat repetere
 labores pristinos, Regulasque omnes
 clariùs , ac primùm fuit factum, ex-
 plicatas, pluribusque exemplis decla-
 ratas edere. Sed enim , dum erat ipsi
 hic animus , prævenit hominem mor-
 mors, finem ejus vitæ, simulque huic
 operi, cujus vix primæ ductæ erant
 lineæ, ingenti cum nostro mœrore,
 & rei literariæ damno , faciens.

Non potuit itaque ob inopina-
 tum Auctoris obitum ultima ipsi
 imponi perfectio. Quò interim non
 impediante, noluerunt eruditi, ut la-
 teret; quin potiùs , cùm ipsam jam
 ante invaserint in locis exteris numi-
 cupidi quidam Bibliopolæ , & uti à
 Studiosis coëmerunt, prelo commi-

EPISTOLA

serint, cum innumeris mendis ac lacunis, quæ rarò etiam verborum sensum relinquunt integrum; suafores nobis fuerunt, ut nos illud emitteremus, uti ab Auctoris propriâ manu olim scriptum, correctum, & multis in locis auctum accepimus. Cui quidem monito ac consilio lubenter paruimus, sperantes, ex editione hæc non parum utilitatis accessurum fore studiis Studiosæ Juventutis.

VESTRE VERÒ SERENISSIMÆ CELSITUDINIS nomen quod præfigere voluerimus, non una nos movit causa. Etenim quod idem quoque beatus noster Maritus ac Patrens intenderit, idque ex debito, (ultra triginta annos enim SERENISSIMÆ CELSITUDINIS VESTRÆ Munificentia officio Professorio in illustri Universitate hac præfuit) jam
 supra

sup
 ipsi
 Ac
 tan
 Sta
 filii
 bus
 Pat
 sen
 rit
 cu
 fit
 be
 ma
 an
 tri
 fen
 ac
 M
 hu

DEDICATORIA.

suprà diximus. Meritò itaque hanc
 ipsius voluntatem nos exequimur.
 Accedit, quod non ipsi Opusculo
 tantum, sed toti quoque familiæ
 Stalianæ, præprimis duobus relictis
 filiis, Danieli & Johanni Justino, qui-
 bus ingenuas artes sectari animus est,
 Patronus & Tutor sit quærendus,
 semper autem benè nos sperare jussè-
 rit SERENITAS VESTRA, utpote
 cujus Clementiam abundè persen-
 sit alma Salana nostra, inter medias
 bellorum malorumque aliorum tur-
 mas, per Omnipotentis DEI grati-
 am, Munificentissimorumque Nu-
 tritiorum providam manum, facta
 semper & salva servata.

Proinde, SERENISSIME PRINCEPS,
 accipiat, quæsumus, SERENISSI-
 MA CELSITUDO VESTRA librum
 hunc, quem strenæ locò, humili de-

EPISTOLA

votôque animô Ei offerimus. Acci-
piat & intueatur eum eô vultu, quem
expertæ sunt hæctenus bonæ literæ,
viduæ, orbi, & miseræ fortis homi-
nes alii. Vultu hõc, rogamus humili-
mè, intueatur vile hoc munusculum,
nosque omnes ac singuli ut Clemen-
tiæ suæ stricturas imposterum etiam
sentire valeamus faciat.

Pro quô beneficii genere DEUM,
omnis boni fontem, orabimus sup-
plices, ut SERENISSIMAM CELSITUDI-
NEM VESTRAM, juxtà SERENISSIMAM
CONJUGEM, ILLUSTRISSIMOS LIBEROS,
totamq; ILLUSTRISSIMAM FAMILIAM,
omnigenâ fecilitate longos ducere
annos clementissimè concedat. Si-
mulq; nos manebimus quandiu hæc
vita durabit, SERENISSIMÆ VESTRÆ
CELSITUDINIS.

JENÆ, Idib. Jan.
An. M. DC. LXII.

*Subjectissimi, obse-
quiosissimi.*

Vidua & hæredes Staliani

LE-



A

nim
b. D
tibi
quor
quã
sæpi
quã
purg
fuer
bre
Uni
Stue
quã
aut
scen
Reg
mni
spu